



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 17. Urbanus Nuceriæ commoratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. fit; & inter eos convenit, ut Batillus Re-
A. C. 1384. gis cognatam, Magni justitiæ Magistri
 filiam duceret, ac propterea urbem Nu-
 ceriam obtineret.

Rayn. 1384. Calendis Januarii an. 1384 Urbanus
n. 1. peracto sacrificio Ecclesiæ vexillum Ca-
 rolo ritu solemnè præbuit, ut iret contra
 Ludovicum Andegaviæ Ducem Tarenti
 versantem; in quem censuras iteravit
 suas, & sacrum indixit bellum. Lega-
 tum ei junxit Cardinalem Landulfum Ma-
 ramaldum e numero illorum, quos pro mo-

Sup. 6. 5. verat an. 1381. Carolus proinde in Ande-
Rayn. 1381. gaviæ Ducem numerosum movit exerci-
n. 26. tum: sed nullum memorabile factum
 edidit; quod Gallorum copias penuria,
 fatigationibus, ac morbis perire mallet.

§. XVII.

Urbanus Nuceriæ commoratur.

a. 36. Papa Urbanus, quia Regina Margarita
 Neapoli dominabatur, ibi non secu-
 rum se ratus, septimo Calendas Junias
 Nuceriæ petiit. Sed Cardinales, Cu-
 riamque reliquam incommodis magnis
 afficiebant angustiæ loci; nec raro tur-
 babant decursiones hostium. Igitur qua-
 dam Augusti Dominica cum milites pro-
 pinquo Nuceriæ pago imminere cerne-
 rent, veriti, ne caperentur, mox Neapo-
 lim aufugiebant, excepto Cardinali Pifa-
 ne.

no. Papa id edoctus per Theodoricum Niemium eos iussit ad se reverti, ac nihil metuere. Theodoricus obvios habuit duos Cardinales, & multos Papæ Aulicos jam redeuntes: ac Neapolim delatus cæteros, ut idem mox facerent, adduxit, præterquam Cardinalem Reatinum; qui revenire unquam renuens Neapoli hærebat novis contra Urbanum consiliis occupatus.

Sæcul. XIV.
A C 1384.

§. XVIII.

Ludovicus Andegaviæ Dux moritur.

Cum Carolum de Pace ad pugnam decretoriam adigere nunquam posset Andegaviæ Dux præter opes, copias, de Francia adductas frustra consumpsit; partem suorum parvis cæsam præliis; plurimos morbis oppressos, inter alios Sabaudia Comitem Amadeum anno priore sub diem Paschatis extinctum, militi reliquidisse omnia, ærariumque suum exhaustum dolens: tandem & ipse morbo, ac mœrore absumptus obiit prope Barium 20 Sept. 1384. In titulo Regis Siciliae, ac in Provinciæ comitatu ei Ludovicus suus filius natus major vix septem annos habens successit sub imperio matris suæ Mariæ Britannicæ.

Valang.
p. 298.
Vita p. 510.
1322.